M0007151: Manuscript page from Chirurgia Albucasis

Publication/Creation

30 July 1940

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/cnfb6qnj

License and attribution

Wellcome Library; GB.
This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

tunc cauteriza ipsum super eminentiam genu cum tribus cau-
teriis ab omni parte cum hoc eodem cauterio oli-
vari. Si autem necessaria sunt tibi plura hoc
cauterio. tunc cauteriza ipsum et non subtilies
manum tuam cum cauterio. immo sit spissitu-
dinem cutis tantum. Si autem ascendunt do-
lores ad genua et dorsum. tunc administra quod
diximus in capitulo suo. quod si dolores sunt
in manibus cum tunc puncta in circuitu fer-
lium sicut revolvuntur duas literas line-
as. Si autem remanet ex doloribus in digi-
tis. tunc puncta eos super omnem nodum i
punctum. et super pectine manus. Si autem ascen-
dunt dolores post dies ad cubitos aut hu-
meros tunc cauteriza utrosque ab omni parte
et non evacues infirmum ex regimine bono
et acceptione medicinarum. Nam si bonum fiat
regimen et evacuatur flema sanabitur au-
xilio dei cum isto cauterio.

Quinto accidit De cauterizatione
ruptura inguinibus rupture.

Cum descendit testinum aut cirbum ad testiculos
et est illud incipiens propinquum. tunc oportet
ut precipias infirmo dimittere comestionem
in die suo et utatur ex lenibus quo descendat
stercus a ventre suo. deinde sedeat inter manus
tuas super dorsum suum. et precipe ei ut teneat
anhelitum suum donec egrediatur cirbum
aut intestinum deinde reduc ipsum digitis tu-
is. et signa cum encausto sub ruptura
super os pectinis. cum signo cuius medietas
sit sic simul medietati circuli ad superio-
ra corporis. deinde ignita cauterium. Cuius hec est forma
donec veniat album et proiciat

scintillas. deinde reduc intestinum aut cir-
bum ad concavitatem suam. deinde ponat mini-
ster manum suam super locum ut non descendat
intestinum. et tu iam apposuisti inter crura infir-
mi. et posuisti sub eo pulvinar et ministrens
alius super crura et alius super pectus eius
qui teneat manus eius. deinde depone cau-
terium super signum ipsum manu tua cum cauterio
stante recto. et tene ipsum donec cum eo consequaris
os. aut itera cum eo vice alia. si non consecutus
fueris cum eo in prima usque ad os. et provide-
ter observa ab exitu intestini in hora cau-
terizationis tue. ne comburas ipsum
et deveniat super infirmum per illud mors aut
aut malicia magna. Et scias quod qui non
consequeris cum cauterio os. non confert operatio
tua et oportet ut sit cauterium infantium
subtile secundum mensuram eorum. et magnus secundum
mensuram ipsorum deinde cura locum cauteriz-
ati post tres dies cum butyro donec removeatur
escara ignis. deinde cura cum reliquis un-
guentis donec sanetur. et sit infirmus ia-
cens super dorsum suum. xl. diebus donec consoli-
detur vulnus. et oportet ut ponas nu-
trimentum eius longitudine temporis curatio-
nis eius. quod leniat ventrem eius ut non
exeat intestinum apud conatum et egestionem.
deinde quando vult surgere post xl. dies tunc admi-
nistra ligamentum decenter factum et teneat ipsum
xl. diebus aliis. Et minorentur labores et re-
pletione cibi et potus et vocibus vehementibus.
Nam qui utitur hoc regimine ita sanatur
ita sanatur sanatione integra. et ego dicam
curationem rupturarum cum incisione in ca-
pitulo suo. Quando autem rupture accidunt in
reliquo ventre et sunt incipientes. et vis